Jacob Bernays

ἱερὰ συμβουλή 98

εἰμαρμένη καὶ προσεύχεσθαι 82

Marginalia [illegible] [illegible] vident[illegible]

τίς κάτοπτρα καὶ τυφλῷ κοιν
p. 87

ἔχεις νόσον χαίρεις δίδως p. 94

νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν p. 87

τῶν πόνων πωλοῦσιν πάντα p. 9

EPICHARMI

FRAGMENTA.

EPICHARMI

FRAGMENTA

COLLEGIT

H. POLMAN KRUSEMAN,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT.

IN ILLUSTRI GYMNASIO MEDIOBURGENSI PRAECEPTOR.

HARLEMI,

APUD VINCENTIUM LOOSJES.

MDCCCXXXIV.

EX TYPOGRAPHEO J. G. LA LAU.

Praefationis instar nonnulla huic libello praepositurо jucundissima mihi accidit occasio grati animi iis testificandi, quibus tam multis tantisque beneficiis me esse obstrictum magnopere glorior. Vos enim compellare licet, Viri Clarissimi, quibus in Academia Lugduno-Batava praeceptoribus uti mihi contigit, quique non tantum publica vestra, sed privata etiam institutione tantopere de me meriti estis, ut nihil mihi antiquius esse possit, quam summis viribus per totam vitam eniti, ne vestra disciplina sim indignus. Consilia et monita, quae mihi pro vestra humanitate tam benigne impertivistis, utinam animo ita inhaereant, ut eorum semper memor normam inde petam, qua in posterum studiorum rationem recte instituam! Vobis igitur, qui vitae beatissimae, qua nunc laetor, mihi estis auctores, gratias nunc ago et semper habebo quam maximas.

Neque te praeterire mihi fas est, Doctissime VENHUIZEN PEERLKAMP*! Gratissima mihi semper est illius temporis recordatio, quod transegi in Gymnasio Harlemensi, cui praeclarum in modum praeës; quoties ea animum subit, toties etiam tuorum de me meritorum venit in mentem. Praeceptorem egregium*

te praedicare neque meae est facultatis, neque etiam tua sinit modestia: abunde satisque laudes tuas testantur permulti, quibus te praeceptore uti contigit. Tu, Vir Praestantissime! non tantum egregia tua institutione me tibi devinxisti, sed postea etiam benignitate prorsus singulari talem te mihi probasti, ut, si quis eorum, quos habuisti discipulos, certe ego gratias tibi debeam maximas. Has publice tibi nunc ago, has (referre enim non valeo) memori pectore geram ad extremum usque spiritum.

Nunc pauca de horum fragmentorum editione praefanda sunt. Quum ante biennium fere, examine superato, argumentum quaererem, in quo vires sanequam exiguae forent experiundae, forte fortuna incidi in Epicharmum philosophum et comicum antiquissimum; de cujus vita placitisque et comoedia tam pauca disputata videbam, ut operae pretium facturus mihi viderer, si praestantissimi viri merita, quantum in me esset, enarrarem et fragmenta colligerem. Haec mecum reputans continuo adii Clarissimum P. HOFMAN PEERLKAMP, *ut cum eo consilium communicarem. Qui non tantum id probavit, sed narravit etiam mihi, se ipsum olim idem consilium edendorum Epicharmi fragmentorum agitasse, sed deinde aliis rebus occupatum abjecisse, et mihi in usum meum concessit fragmenta, quae hanc in rem olim congerere coeperat. Laetus igitur, ut par est, manum operi admovi, sperans, ut sumus juvenes audaces, me opus aliquod egregium editurum. At spe illa decidi! Quum enim per totius*

anni spatium fragmenta et testimonia de Epicharmo passim per veterum reliquias dispersa collegissem et materiem congestam redigere coepissem, mox operis suscepti me poenituit. Fragmenta enim pleraque admodum corrupta videbam, querelas Virorum Praestantissimorum eorum emendationem desperantium quotidie legebam et probe intelligebam, vires meas tenuissimas suscepto labori plane impares futuras: quae omnia animum ita commovebant, ut totum consilium prorsus abjecissem et indigestam istam fragmentorum molem delevissem, nisi pudor nescio quis me retinuisset. Interim placuit Viris Amplissimis, Nobilissimis, qui Medioburgi rebus administrandis et Gymnasio Illustri curando sunt, quosque honoris causa hic nuncupo, Praeceptoris munus mihi deferre; atque ita fortuna tulit, ut mox Medioburgum profecto nihil mihi restaret aliud, quam ut festinanter opusculo absoluto Doctoralem, qui dicitur, gradum capesserem. Hinc igitur nata est haec qualiscunque reliquiarum Epicharmearum editio.

Disputationem de vita et meritis Epicharmi tribus de causis omisi: prima posita est in rerum mearum subita mutatione; deinde valde metuebam, ne libelli moles pro dissertationis modulo nimis cresceret: tum denique me commovebat commentatio quaedam, in qua satis bene de hoc argumento expositum est.

Prodiit nimirum Anno 1828 Coloniae ad Rhenum libellus quidam, continens Quaestiones de Do-

riensium Comoedia, auctore Carolo Josepho Grysar, Gymnasii Coloniensis ad Rhenum Jesuitici collega: in quo inde a pag. 84–168 agitur de Epicharmi vita et doctrina, et p. 169 seqq. de ejusdem comoedia. Haec plenissima et optima est de Epicharmo commentatio. Ante Grysarium, praeter multos alios, qui recoxerant, quae de eodem argumento ab antiquioribus erant disputata, de Epicharmo scripserat Hermannus Harless, cujus libellus, Anno 1822 Essendiae editus, haud ita magni a Viris Doctis aestimatur. Uterque Harless et Grysar fragmentorum editionem promiserat, sed neuter, quod sciam, fidem solvit.

Omissa igitur commentatione propter eas, quas indicavi, causas, Viris Doctis hanc fragmentorum editionem offero non sine summa verecundia; sentio enim et persentio, quam multa summo jure in hoc opusculo desideraturi sint periti judices: verum iidem aequi sint enixe quaeso, nec a juvene nisi juvenilia postulent, praesertim in re tam ardua. Quot enim quantasque molestias habeat fragmentorum scriptoris alicujus editio, difficile est dictu, nec facile a quoquam potest intelligi, nisi qui ipse tali operi manum admoverit. Addit scrupulum haud parvum dialectus, qua usus est Epicharmus, Dorica nimirum antiquior, cujus tam pauca supersunt vestigia, ut ubique fere haereas haecne an illa forma illi generi conveniat. Hae difficultates alios a curanda horum fragmentorum editione deterruisse videntur; hactenus enim, quod saltem noverim,

nusquam in unum congesta reperiuntur. Ediderunt quidem multa Morellus, Stephanus, Hertelius et inprimis Grotius, sed multo plura etiam omiserunt; adeo ut plenior editio desiderari admodum mihi videretur. Atque huic desiderio consulere in animo mihi erat. Cogitaveram enim Epicharmi reliquias, quantum pro viribus liceret, emendatas et illustratas edere; verumtamen ab hoc quoque consilio tum temporis urgentis necessitate, tum exigua, quae mihi inest, facultate ita sum deterritus, ut intra longe arctiores fines subsistere satius duxerim, uberius fortasse olim hoc idem argumentum tractaturus.

Singula fragmenta, ubi fieri potuit, ad suum drama retuli, cui vel diserto veterum testimonio vel conjectura probabili adscribuntur; cetera Fragmentorum Incertarum Fabularum titulo subjunxi, quae rectius fortasse Incertae Sedis Fragmenta dixissem, quia nonnulla etiam pertinere possunt ad alia Epicharmi opera, quae conscripsisse videtur. Vide ad Inc. Fab. Fragm. CXXII, p. 121.

Ipsas reliquias dedi prout vel in editionibus optimis prostant vel a Viris Doctis passim sunt emendatae, subjuncta plenissima lectionis varietate e libris manuscriptis et editis, additisque, quantum reperire mihi contigit, Virorum Eruditorum conjecturis. Propterea id feci, quia pleraque fragmenta admodum male sunt habita, et paucissimorum lectio ita constat, ut nullam emendationem admittat. Conjecturas meas, quas, ut fit, excogitaveram, ubique delevi, saltem delere volui; non enim meae fa-

cultatis duco Epicharmeas reliquias emendare, si qua forte remanserit, aequi bonique eam consulant periti aestimatores quaeso.

Interpretationis causa nihil fere addidi, nisi ubi omittere nefas videretur; a consilio enim prorsus illa abhorrebat, quippe cui tantum propositum esset fragmenta cum varietate lectionis et aliorum conjecturis in unum congerere atque ita edere, ut doctior quis, si forte huic ipsi argumento operam navare velit, taedioso colligendi labore vacare possit. De singulorum dramatum argumentis plerumque satis habui lectorem ablegare ad Grysarii libellum, quem modo citavi, ubi satis bene et copiose de iis agitur.

Post fragmenta sequitur carmen quoddam Joannis Caselii, quod mecum communicavit Doctissimus Bergmannus, quodque addidi, quia ad Nostrum Poëtam pertinere videtur.

Athenaei Codices brevitatis causa literis illis indicavi, quibus in novissima Dindorfii editione designantur, quarumque haec est significatio: A est Marcianus Venetus Bessarioneus. B Laurentianus. P Palatinus. M Londinensis Musei Britannici. D et Q Parisini. C Epitomes codex Parisinus. E Epitomes codex Laurentianus. ALD. est editio Veneta Aldina, quae prodiit Anno MDXIV. CAS. est editio Casauboniana prima sumptibus Hieronymi Commelini typis Generensibus Pauli Stephani Anno MDXCVII.

ΑΓΡΩΣΤΙΝΟΣ.

Ἀγρωστῖνος Syracusanae dialecti est vocabulum pro *ἀγροῖκος*, monente Casaubono. Vid. Schweighaeuser Animadv. in Athenaeum T. II p. 344.

I.

Hesychius v. *Κόλαφος. κόνδυλος. παρὰ δὲ Ἐπιχάρμῳ ἐν Ἀγρωστίνῳ καὶ παιδοτρίβαις ὄνομα.* Conf. Suidas v. *κόνδυλον* et Eustathius ad Odyss. P p. 1817, 51. Huc pertinere arbitror Epicharmi verba, quae servavit Etymol. M. p. 525, ubi de voc. *κόλαφος* haec: *τὸ δὲ ὄνομα Ἑλληνικὸν παρὰ Ἐπιχάρμῳ, Ὡς ταχὺ κόλαφος περιπατεῖ δεινός.* Pro *ταχὺ* Etymol. Gudianum p. 333 *ταχεῖ.*

II.

Athenaeus III p. 120 c. ex Heraclidae Tarentini Symposio: — *τὸ σίσαρον καλούμενον, οὗ μνημονεύει Ἐπίχαρμος ἐν Ἀγρωστίνῳ, ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ κ. τ. λ.* Conf. *Γ. καὶ Θάλ.* VII.

III.

Athenaeus XV p. 682 a. *τῶν δὲ καλχῶν μέμνηται καὶ Ἀλκμὰν — μνημονεύει αὐτῶν καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Ἀγρωστίνῳ.*

ΑΛΚΥΩΝ.

I.

Apollonius Dyscolus *περὶ ἀντωνυμίας*. p. 80 B ed. Bekker. 1813. *Τινὲς ἐπεχείρησαν εἰς τὰ ὀνόματα μεταλαμβάνειν τὴν αὐτός, καθὸ ἰσοδυναμεῖ τῷ μόνος, Τυδείδης αὐτός περ ἐών, καὶ καθὸ ἄρθρου ἐπιδεκτική, τῶν εἰς ος πρωτοτύπων μὴ ἐπιδεχομένων τὰ ἄρθρα. σύγκρισίν τε καὶ παραγωγὴν ἀνεδέξατο, ὡς ἐν Ἀλκυόνι Ἐπίχαρμος, αὐτότερος αὐτῶν.* Conf. Bast ad Gregorium de dialectis p. 366.

II.

Athenaeus XIV p. 619 a. *ἦν δὲ καὶ τοῖς ἡγουμένοις τῶν βοσκημάτων ὁ βουκολιασμὸς καλούμενος. Δίομος δὲ ἦν ὁ βουκόλος Σικελιώτης ὁ πρῶτος εὑρὼν τὸ εἶδος· μνημονεύει δ' αὐτοῦ Ἐπίχαρμος ἐν Ἀλκυόνι καὶ ἐν Ὀδυσσεῖ Ναυαγῷ.*

ΑΜΥΚΟΣ.

Haec fabula nomen habet ab Amyco, Bebrycum rege, cujus cum Polluce certamen descripsit praeter alios Apollonius Rhodius Argonaut. II. init. Atque eadem fere ratione ab Epicharmo haec historia tractata fuisse videtur, eo tantum discrimine, ut Apollonius occisum a Polluce Amycum, Epicharmus vinctum fuisse narret: ita enim Schol. ad Argon. II. 98: *Ἀπολλώνιος μὲν ἐμφαίνει ὡς ἀνῃρημένον τὸν Ἄμυκον· Ἐπίχαρμος δὲ καὶ Πείσανδρος φασίν, ὅτι ἔδησεν αὐτὸν ὁ Πολυδεύκης.* Fusius hoc argumentum ex-

posuit C. J. Grysar de Doriensium Comoedia p. 274 seqq. quem vide.

I.

Schol. Sophoclis ad Ajac. 737. p. 44 ed. Stephan. 1603. *Κυδάζεται. λοιδορεῖται, ὑβρίζεται ὑπὸ πάντων. καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Ἀμύκῳ·*

Ἄμυκε, μὴ κύδαζέ μοι τὸν πρεσβύτερον ἀδελφεόν.

Eumdem vs. servavit Suidas s. v. *Κυδάζεται*, unde *μοι* dedi pro *μου*. Idem *πρεσβύτην* legit. *Ἀδελφεόν* correxit Porsonus pro vulg. *ἀδελφόν*. Vide ejus Advers. p. 285. De voc. *κυδάζειν* conf. Photii Lex. p. 135 ed. Hermann. Inc. fab. Fragm. CV.

II.

Suidas v. *Ἐγκομβώσασθαι. Ἀπολλόδωρος Καρύστιος Ἀπολιπούσῃ· Τὴν ἐπωμίδα πτύξασα διπλῆν ἄνωθεν ἐνεκομβωσάμην. Ἐπίχαρμος Ἀμύκῳ· Εὖ γα μάν, ὅτ᾽ ἐγκεκόμβωταί καλῶς.*

Ἀμύκῳ, quod post *καλῶς* legebatur ideoque sua sede erat motum, monente Kustero, reposui, eademque ratione restituendus Etymologi locus, qui p. 311 idem citat fragmentum. *Εὖ γα μάν*, pro eo, quod Suidas et Etym. habent, *Εἴγε μέν*, dedi cum auctore Diatribae de Antimacho in Classical Journ. VII p. 239, cujus verba Barkerus adscripsit in not. ad Etymol. l. l. *Ἐγκεκόμβωται* rescripsi pro vulg. *κεκόμβωται*; Photius enim Epist. 156 inter alia de voc. *ἐγκομβώσασθαι* ita: *Σὲ δὲ οὖν Ἐπιχάρμου μάλιστα καὶ Ἀπολλοδώρου τοῦ Καρυστίου τῶν σῶν μεμνημένον ἔχρην περιπτύσσεσθαι μᾶλλον ἢ δυσχεραίνειν τῇ λέξει. Ὁ μὲν γὰρ πολλαχοῦ καὶ κατὰ διαφόρους ἐγκλίσεις σχηματίζων τὴν λέ-*

ξιν, ἐχρήσατο ταύτῃ· ἐγκεκόμβωται γάρ, φησι, καὶ ἀπαρεμφάτως, ἐγκομβώσασθαι. Toupius Emend. in Suid. Opusc. crit. p. 102 Epicharmi senarium constituit sic:

Εὖγε μέν, ὅτ' ἐπωμὶς ἐγκεκόμβωται καλῶς.

ἐπωμὶς ex Apollodori fragmento inserens. Porsonus, qui hanc conjecturam improbavit, meliora, quod sciam, non attulit.

III.

Antiatt. in Bekkeri Anecd. p. 98. Ἡμιούγκιον: Ἐπίχαρμος Ἀμύκῳ.

ΑΡΠΑΓΑΙ.

De hujus fabulae argumento disputat Grysar in libello de Doriensium Comoedia p. 264 seqq. quem vide.

I.

Pollux IX. 81. σὺν δὲ ταῖς λίτραις καὶ ἄλλα ὠνόμασε νομισμάτων ὀνόματα Ἐπίχαρμος ἐν Ἁρπαγαῖς·

, ... ὥσπερ αἱ πονηραὶ μάντιες
Αἶθ' ὑπονέμονται γυναῖκας μωράς, ἁμ πεντούγκιον
Ἀργύρεον, ἄλλαι δὲ λίτραν, αἱ δ' αν ἡμιλίτριον
Δεχομέναι καὶ πάντα γιγώσκοντι [τῷ τηνᾶν λόγῳ.]

καὶ πάλιν·

. . . . ἔγω γάρ τόγε βαλάντιον λιτρᾶν
Δεκαλιτρῶν τε πλῆρες ἑξάντων τε καὶ πεντουγκίων.

In his versibus constituendis fere secutus sum Bentlejum, qui suas emendationes proposuit in Respons. ad C. Boyle p. 261 versionis Lennepianae: tentarunt eosdem Salmasius de Modo Usur. p. 260 sq. Vale-

sius, Kuhnius, Hemsterhusius. V. 1 olim vulgabatur *ὥσπερ εἶπον. Ἦρ' αἱ μαντεῖαι.* Sed MSS. scripturam jam restituit Salmasius. V. 2 *ὑπονέμοντι* Kuhnius contra MSS. auctoritatem et Hesychium, *ὑπονέμεσθαι* explicantem *ἐξαπατᾷν. Ἀμπετώκιον* et *ἀμπετάκιον* MSS. unde Salmasius *αἱ πεττούγκιον*, quod posterius vocabulum retinui. *ἃ μὲν ἀμπετάκιον* Kuhnius, pro quo *ἂν πεντούγγιον* voluerat Valesius. *ἂμ πεντούγκιον* Bentlejus, in qua lectione *ἂμ* est pro *ἂν* antiquo scribendi more. *ἀμπετώγκιον* dedit Hemsterhusius, quod tantumdem sit ac *ἡμιπεττούγκιον.* Vide, quae hanc in rem disputat Vir summus ad h. l. V. 3 *ἀργύριον* vulg. *ἀργυρίου* Salm. et Hemst. *ἀργυρέον* Bentl. *ἀργύρου* Kuhn. *ἄλλαι* dedit Cod. Voss. pro quo olim *ἄλλῃ. ἂν*, quod tenent MSS. deleverat Salmasius. *ἡμιλίτριον* emendavit Bentlejus. Conf. Chiron in Pseudepich. II. *ἡμίλιτρον* vulgabatur. V. 4 post *γιγνώσκοντι* in libris editis sequuntur verba *τῷ τι λόγῳ*, quae in MSS. non exstant, quapropter postrema *τῷ τηνᾶν λόγῳ*, ut emendavit Bentlejus, uncis inclusi. Toupius Emend. in Suid. P. III. Opusc. ed. Lips. p. 522 malebat *κωτίλῳ λόγῳ*, Ruhnkenius ad Timaeum p. 146 *θωπὶ λόγῳ.*

In posteriore Epicharmi fragmento pro *ἔχω* vulg. *ἐγὼ*, pro quo Salmas. *ἐφ' ὧ*, *τὸ* vulg. *τόγε* MS. Voss. *λιτροδεκάλιτρος* MS. Voss. *λίτρα, δεκάλιτρος στατὴρ* Salm. *λίτρα καὶ δεκάλιτρος στατὴρ* Hemst. *λίτραν καὶ δεκάλιτρον* Kuhnius, qui cum Bentlejo vocem *στατὴρ* interpolatoris esse censet. *ἐξάντιον* vulg. *ἐξάνταν* Kuhn. *πεντόγκιον* vulg. *πεττούγκιον* Salm. *πεντουγκίων* Bent-

lejus. De litra Eustath. ad Iliad. Λ p. 1282. — *Ἐπιχάρμῳ, ὃς καὶ ὀγγίαν λέγει καὶ λίτραν.* Incertum autem, utrum hoc dictum sit de litra nomismate, an de litra *ἐπὶ σταθμοῦ* usurpata, de qua vid. *Ἐλπ. ἢ Πλοῦτ.* IV. Conf. Pierson ad Moerin p. 350.

II.

Etymol. M. p. 662. *Πέποσχε, ἀπὸ τοῦ πάσχω, πάσξω, πέπασχα· τὸ τρίτον, πέπασχε· καὶ κατὰ τροπὴν τοῦ α πέποσχεν. ἐν Ἁρπαγαῖς Ἐπιχάρμου, Ἁ δὲ Σικελία πέποσχε.* Conf. Koen ad Gregorium p. 455 ed. Schaef.

III.

Pollux IX. 41. *Ἐκάλουν δὲ τὸ διδασκαλεῖον καὶ χορόν, ὁπότε καὶ τὸν διδάσκαλον χορηγόν, καὶ τὸ διδάσκειν χορηγεῖν. καὶ μάλιστα οἱ Δωριεῖς, ὡς Ἐπίχαρμος ἐν Ὀδυσσεῖ αὐτομόλῳ· ἐν δὲ Ἁρπαγαῖς χορηγεῖον τὸ διδασκαλεῖον ὠνόμασεν.* Vid. Hemsterh. ad h. l. *Ὀδ. Αὐτ.* IV.

IV.

Pollux IX. 25. *Ἀλλ' ὁ μὲν μεγάλης πόλεως πολίτης, μεγαλοπολίτης ἂν λέγοιτο· ὁ δὲ μικρᾶς, μικροπολίτης· ὅθεν καὶ Ἀριστοφάνει εἴρηται τὸ μικροπολιτικόν· ὁ δὲ νέας, νεαπολίτης κατὰ Πλάτωνα, καὶ κατ' Ἐπίχαρμον λέγοντα ἐν Ἁρπαγαῖς, νέοικος. κ. τ. λ.*

ΑΤΑΛΑΝΤΑΙ.

Hanc fabulam, quae tum Atalantarum, tum singulari numero Atalantae nomine a veteribus citatur, spuriam judicavit Grysar de Dor. Com. p. 272. quia jam ipsi veteres nescirent, cuinam attribuerent auc-

tori. Tryphon scilicet, apud Athen. XIV p. 618 d. Epicharmum *ἐν Ἀταλάνταις*, Etymol. M. p. 630 eumdem laudat *ἐν Ἀταλάντῃ*. Ab Athenaeo XIV p. 652 a rursus citatur *Φόρμος ὁ κωμικὸς ἐν Ἀταλάνταις*. Conf. Suidas v. *Φόρμος*: Hesychius denique et Schol. Biseti ad Aristophanis Aves v. 1294 certum auctorem non memorant; ille enim v. *Διονυσοκουροπυρώνην* ait: *ὡς δηλοῖ ὁ τὰς Ἀταλάντας συνθεὶς*, ab hoc laudatur *ὁ τὰς Ἀταλάντας γράψας*. Hinc patet, nonnullos auctoris nomen plane ignorasse, alios autem Phormidi, alios Epicharmo favisse. Atque horum a partibus stare non dubitabo, donec adversariorum sententia melioribus argumentis fuerit probata; pro Epicharmo enim duo faciunt veterum testimonia, Phormidi unus tantum favet Athenaeus. Accedit, quod in septem fabularum numero, quas Phormidem composuisse tradunt veteres, quarumque nomina servarunt Suidas l. l. et Eudocia in Villoisoni Anecd. T. I p. 428, Atalantae non recensentur, neque Suidas, qui cetera sua de Phormide aliunde habet, de Atalantis ejus quidquam compertum habuit, nisi ex uno Athenaeo: nam post cetera de Phormide haec addit: *καὶ ἑτέρου δὲ δράματος Ἀθήναιος μέμνηται ἐν τοῖς Δειπνοσοφισταῖς, Ἀταλάντης*. (leg. fort. *Ἀταλαντῶν*.)

I.

Athenaeus XIV p. 618 d ex Tryphone. *Ἱμαλὶς δ' ἐστὶ παρὰ Δωριεῦσιν ὁ Νόστος καὶ τὰ ἐπίμετρα τῶν ἀλετῶν. ἡ δὲ τῶν ἱστουργούντων ᾠδὴ ἔλινος, ὡς Ἐπίχαρμος ἐν Ἀταλάνταις ἱστορεῖ*. Epitome Athenaci, atque ex ea Eustath. ad Iliad. Σ p. 1164 dant *αἴλινος*,

quod praefert Casaubonus. Alteram lectionem placet nuperum Editorem tueri Schweighaeuserus, quem vide Animadv. T. VII p. 362.

II.

Etymol. M. p. 630. *Ἰστέον δὲ ὅτι λέγεται καὶ ὁ ὀρίγανος καὶ ἡ ὀρίγανος καὶ τὸ ὀρίγανον· καὶ θηλυκῶς μὲν εἴρηται παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Ἐκκλησιαζούσαις· ἀρσενικῶς δέ, παρὰ Ἀναξανδρίδῃ ἐν Φαρμακομάντει· οὐδετέρως δὲ ἐν ἐλεγείοις, καὶ Ἐπιχάρμῳ ἐν Ἀταλάντῃ.* Conf. Athen. II p. 68 b et Eustath. ad Iliad. Σ p. 1148.

ΒΑΚΧΑΙ.

I.

Athenaeus p. 106 f. *Ὁ μὲν ἐπίπλους παρ' Ἐπιχάρμῳ ἐν Βάκχαις· Καὶ τὸν ἄρτον ἐπικαλύψας ἐπιπλόῳ.* Pro *ἄρτον*, quod Aldina et Casauboniana habent, Codd. BP apud Dindorf. *ἄρχον*, *Α. ἀρχον* sine accentu. *ἐπικαλύψας* probant praeter Dindorfium Schweigh. et Porsonus Advers. p. 64. Librorum *ἐπικάμψας* tuetur Casaubonus. *Ἐπίπλους* est *omentum*.

II.

Hesychius v. *Αἰγληχίδων. Σοφοκλῆς Τηρεῖ, χίτων, καὶ πέδη, παρὰ Ἐπιχάρμῳ ἐν Βάκχαις.* In *Αἰγληχίδων* duae voces coaluerunt: alii *αἴγλη χλιδών*, alii *αἴγλη χίτων* correxerunt. Grammaticus in Bekkeri Anecd. I p. 354, 23. *σημαίνει δὲ καὶ τὴν πέδην ἡ αἴγλη, ὡς παρ' Ἐπιχάρμῳ.* Conf. Bachmanni Anecd. I p. 42, 24.

ΒΟΥΣΙΡΙΣ.

Historiam, quam in hac fabula tractavit Epicharmus, narrat Apollodorus Bibl. II. 5. Hercules scilicet, quum in Aegyptum delatus a Busiride, rege ferocissimo, Jovi esset immolandus jamque ad aram adduceretur, subito ruptis vinculis, ipsum Busirin cum filio et praecone interfecit. Hinc Grysar p. 279 suspicatur, tres fuisse praecipuas hujus fabulae partes, quibus et Herculis ad Busirin adventus, et coena opulentissima ipsi parata, et violenta ejus ab altaribus fuga ederentur; ad mediam igitur partem pertinuisse versiculos, quos primo loco dedi ex Athenaeo. Idem Grysar postremo loco addit: »Neque finem fabulae satis non designant verba *Ἡρακλῆς παράφορος*, quibus fabulam hanc significavit Interpr. Gr. ad Aristot. Ethic. Nicom. Tom. II *p.* 94 ed. Zell. Insani enim adinstar ille, cum ad aras mactandus esset perductus, vincula perfringere et ad regem ejusque ministros prorumpere debebat."

I.

Athenaeus X p. 411 a. *φέρε, εἴπωμεν ἐνταῦθα τοῖς προειρημένοις τὰ ἀκόλουθα, ὅτι ἦν καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἀδηφάγος. ἀποφαίνονται δὲ τοῦτο σχεδὸν πάντες ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς. Ἐπίχαρμος μὲν ἐν Βουσίριδι λέγων·*

Πρῶτον μὲν αἴ κ' ἔσθοντ' ἴδῃς νιν, ἀποθάνοις.
Βρέμει μὲν ὁ φάρυγξ ἔνδοθ', ἀραβεῖ δ' ἁ γνάθος,
Ψοφεῖ δ' ὁ γόμφιος, τέτριγε δ' ὁ κυνόδων,
Σίζει δὲ ταῖς ῥίνεσσι, κινεῖ δ' οὔατα.

Dedit hos versus Grotius in Excerptis p. 174. V. 1 πρῶτα Dindorfii MS. E. ἰδῃς MSS. CEP edd. Ald. Cas. Grotius. Conf. Valck. ad Theocr. Id. I. 10. ἰδοις AB Schweigh. Dind. v. 2-4 attulit Eustathius ad Iliad. *Λ* p. 870, 10. De voc. φάρυγξ, masculino genere ab Epicharmo usurpato, vide Phrynichi Eclog. p. 65 ed. Lobeck. et Thom. Mag. v. λάρυγγα p. 570 et quae ad utrumque locum monuerunt interpretes. V. 3 γομφίος Cod. E et Eustathius. τέτριγε δ' ὁ Eustathius, nisi quod τέτρυγε excusum. Libri omnes τέτριγ' ὁ. Grotius ὁ δὲ κυνόδων τέτριγε. Sed, quia penultima in τέτριγε producitur, Piersonus ad Moerin p. 101 correxit τέτριγεν ὁ κυνόδων, quod recepit Schweighaeuserus. Eustathii lectionem, quam secutus sum, probarunt Porsonus Advers. p. 115 et Dindorfius. V. 4 ῥίνεσι *B*. Post οὔατα Casaub. addit τῶν τετραπόδων οὐδὲν ἧττον: quae verba, monente Dindorfio, neque in Aldina exstant neque in ullo dum inventa sunt libro scripto.

II.

Pollux IX. 45. ταῦτα δὲ (τὰ σιτοβόλια, τὰ πυρῶν ταμεῖα) ῥογοὺς Σικελιῶται ὠνόμαζον· καὶ ἔστι τοὔνομα ἐν Ἐπιχάρμου Βουσίριδι. Hesychius: Ῥογοί. ὅροι σιτικοί, σιτοβολῶνες. Conf. Inc. fab. Frag. LXXXVIII.

III.

Grotius in Excerptis p. 473 ex Eustratio dedit Epicharmi fragmentum e fabula, cui titulus Ἡρακλῆς παράφορος, quod hoc loco appono propter ea, quae in hujus dramatis argumento sunt monita. Ubinam vero apud Eustratium id legatur, prorsus ignoro, quia ipsum non potui inspicere. Verba Epicharmi haec sunt:

Ἀλλὰ μὲν ἐγὼν ἀναγκαίως τάδε πάντα ποιέω.

Οἶμαι δ' ὡς οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς οὐδ' ἄταν ἔχων.

Grotius ad v. 1 : » Male *ἀναγκαῖος* apud Eustratium » et *ταῦτα* pro *τάδε*." ad v. 2 : » *Οἴομαι* erat. Omnino » autem *πόνηρος* legendum, ut vertimus, sensu alioqui » pestilente."

ΓΑ ΚΑΙ ΘΑΛΑΣΣΑ.

De argumento hujus fabulae nihil compertum habeo. Aelianus de Nat. Anim. XIII. 4 docet, permulta in ea occurisse piscium nomina.

I.

Athenaeus VII p. 313 a. *Σπεύσιππος δὲ ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων ὅμοιά φησιν εἶναι τῇ μαινίδι βόακα καὶ σμαρίδας, ὧν μνημονεύειν καὶ Ἐπίχαρμον ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ οὕτως· Ὄκχ' ὁρῇ βῶκας πολλοὺς καὶ σμαρίδας.*

Ὄκχ' ὁρῇ correxit Casaubonus pro vulg. *ὀκχωρῇ*. *ὀκχωρη* Cod. P. *μαρίδας* unus Cod. A, quod tenuit Schweighaeuserus. Sed quia bis apud Athenaeum p. 286 f et 306 c in Epicharmi versu ex Hebes Nuptiis *σμαρίδες* commemorantur, nulla scripturae varietate e Codd. notata, etiam h. l. *σμαρίδας* scribere non dubitavi. Conf. Hebes Nupt. XIII.

II.

Athenaeus XIV p. 648 b. *πόλτου δὲ μνημονεύει Ἀλκμὰν* - *καὶ Ἐπίχαρμος δὲ οὕτως λέγει ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ· Πόλτον ἕψειν ὄρθριον.* *Γᾷ* Cod. P Ald. Cas. *γῇ* AB. *Θαλάσσῃ* libri omnes, solito Grammaticorum more, rarius Dorismum servantium: de quo jam mo-

nuerunt Hemsterhusius ad Aristophanis Plut. p. 352 et Koenius ad Greg. p. 197 ed. Schaef. *πολτον* pro vitioso *ποντον* in versione correxit Dalecampius. Ceterum Heynius in Apollodori fragmentis p. 441 ed. sec. conjicit, Apollodorum *ἐν τοῖς περὶ Ἐπιχάρμου* locum nostrum illustrasse, cum etymologiam *pultis* afferret. Plura de hoc Apollodori opere vide ibidem. Conf. Pierson. ad Moerin p. 350.

III.

Athenaeus III p. 106 e. *κουρίδας δὲ τὰς καρῖδας εἴρηκε Σώφρων — Ἐπίχαρμος δ' ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ· Κουρίδες τε φοινίκιαι.* *Κουρὶς* suspectum est Schneidero in Lex. s. v. *κωρίς:* quo jure nescio. Pro *φοινίκιαι* Cod. C *φοινίκεαι.* Conf. *Λόγ. καὶ Λογ.* III.

IV.

Athenaeus III p. 105 b. *τὸν δ' ἀστακὸν οἱ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ ο ὀστακὸν λέγουσι, καθάπερ καὶ ὀσταφίδας. Ἐπίχαρμος δὲ ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ φησί· Κάστακοὶ γαμψώνυχοι.* Codicis *B* *γαμψώνυχος* Dindorfio corruptum videtur ex *γαμψώνυχες*, quod est apud Eustath. ad Iliad. *Υ* p. 1196. Vid. Hebes Nupt. V.

V.

Athenaeus IX p. 370 b. *Ἐπίχαρμος ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ· Ναὶ μὰ τὰν κράμβαν.* Pro *τὰν* Cod. C *τήν.*

VI.

Etymol. M. p. 77. *Ἀμαμαξὺς, ἡ ἀναδενδράς· παρὰ τὸ ἀμμίξαι, ἡ συνδεδεμένη· ἀναδεσμοῦνται γὰρ αἱ ἀναδενδράδες· ἀμμιξύς· καὶ πλεονασμῷ τοῦ α, καὶ τροπῇ, ἀμαμαξύς. Ἐπίχαρμος ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ· Οὐδ' ἀμαμάξυας φέρει.* Quod dedi, *ἀμαμάξυας*, pro vulg.

ἀμαξύδας, exstat in Etym. MS. Voss. Leid. idemque totius loci contextus suadet. Conf. Suidas in Ἀναδενδράδα et Ἀμάμυξις, quod posterius libentur cum Kustero in Ἀμάμαξυς mutarim: ita enim solet scribi, non ἀμαμαξύς.

VII.

Athenaeus III p. 120 c. ex Heraclidae Tarentini Symposio: — τὸ σίσαρον καλούμενον, οὗ μνημονεύει Ἐπίχαρμος ἐν Ἀγρωστίνῳ, ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ κ. τ. λ. Conf. Ἀγρ. II.

VIII.

Athenaeus VII p. 322 f. Συαγρίδες· τούτων μνημονεύει Ἐπίχαρμος ἐν Ἥβας γάμῳ καὶ ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ. Conf. Heb. Nupt. XXVII.

IX.

Athenaeus XIV p. 645 c. Ἐπικύκλιος, πλακοῦς τις παρὰ Συρακουσίοις οὕτω καλούμενος. καὶ μέμνηται αὐτοῦ Ἐπίχαρμος ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ.

ΔΙΟΝΥΣΟΙ.

Athenaeus IV p. 158 c. Ἐπίχαρμος δ' ἐν Διονύσοις· Χύτρα δὲ φακέας ἥψετο. Epicharmi verba attulit Herodianus περὶ μονήρους λέξεως p. 6, 22, monente Dindorfio. Pro ἥψετο C et Herodiani Codex ἥψατο. P non apparet utrum ἥψετο an ἥψατο voluerit. Berglerus ad Aristophanis Ran. 508 χύτραν δὲ φακέας ἧψε volebat. De voc. χύτρα vid. Greg. p. 341 ibique Koen. Conf. Χύτραι.

ΔΙΦΙΛΟΣ.

Fulgentius Mythol. I. 14 p. 643 ed. Van Staveren: »Quarta (Musa) *θάλεια*, id est capacitas, velut si di»catur *τιθεὶς θάλειαν*, id est ponens germina: unde »et Epicharmus comicus in Diphilo comoedia ait: »*θαλὸν ὡς ου βλέπει βούλιμος ἐπέταξεν*, id est, ger»men dum non videt, fames consumit."

Munckerus: »In Codice Leid. legitur: AEIAM »CYAMON LIMANTI CAPTINNI. *id est, germina* »*dum viderit, famem consumit.* Quid inde exsculpi »possit, alii viderint. Pro vulg. *ἐπέταξεν* libenter »cum Scriverio rescripserim *ἐπάταξεν*. Deinde pro »*θαλὸν* suspicor ex vestigiis MS. scripsisse *θάλειαν*."

ΕΛΠΙΣ Η ΠΛΟΥΤΟΣ.

I.

Athenaeus VI p. 235 e. *Τὸν δὲ νῦν λεγόμενον παράσιτον Καρύστιος ὁ Περγαμηνὸς ἐν τῷ περὶ τῶν διδασκαλιῶν εὑρεθῆναί φησιν ὑπὸ πρώτου Ἀλέξιδος, ἐκλαθόμενος ὅτι Ἐπίχαρμος ἐν Ἐλπίδι ἢ Πλούτῳ παρὰ πότον αὐτὸν εἰσήγαγεν οὑτωσὶ λέγων·*

Ἀλλ' ἄλλος ὀδ' ἔστηχ' ὧδε τοῖδε κατὰ πόδας,
Τὸν ῥαδίως λαψῆ τυ, καίτοι νῦν γα θὴν
Εὔωνον, ἀείσιτον. ἀλλ' ἔμπας ὅδε
Ἄμυστιν ὥσπερ κύλικα πίνει τὸν βίον.

δι' αὐτὸν ποιεῖ τὸν παράσιτον λέγοντα τοιάδε πρὸς τὸν πυνθανόμενον·

Συνδειπνέω τῷ λῶντι, καλέσαι δεῖ μονον, Ahrens. Hyp. Crit. I, 37
Καὶ τῷ γα μὴ λιῶντι, κωὐδὲν δεῖ καλεῖν.
Τηνεὶ δὲ χαρίεις τ᾽ εἰμὶ καὶ ποιέω πολὺν
Γέλωτα καὶ τὸν ἑστιῶντ᾽ ἐπαινέω.
Καὶ κά τις ἀντίον τι λῇ τήνῳ λέγειν,
Τήνῳ κυδάζομαί τε κἀπωνήχθόμαν.
Κἤπειτα πολλὰ καταφαγὼν, πόλλ᾽ ἐμπιὼν,
Ἄπειμι. λύχνον δ᾽ οὐχ ὁ παῖς μοι συμφέρει·
Ἕρπω δ᾽ ὀλισθάζων τε καὶ κατάσκοτος
Ἔρημος. αἴ κα δ᾽ ἐντύχω τοῖς περιπόλοις,
Τούτοις ἀγαθὸν ἐπιλέγω τοῖς θεοῖς, ὅτι
Οὐ λῶντι παίων, ἀλλὰ μαστιγῶντί με.
Ἐπεὶ δέ χ᾽ ἥκω οἴκαδις καταφθαρεῖς,
Ἄστρωτος εὕδω· καὶ τὰ μὲν πρῶτ᾽ οὐ κοῶ,
Ἅς κά μ᾽ ἄκρατος οἶνος ἀμφέπῃ φρένας.

Καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα ἐπιλέγει ὁ τοῦ Ἐπιχάρμου παράσιτος. Ita locum dedit Dindorfius.

Priora Epicharmi verba in edd. Ald. et Cas. soluto metro, continua oratione scripta legebantur eaque se corrigere non posse fatetur Casaubonus. Post hunc tentarunt Pursanus et Petitus, quorum emendationes vide apud Schweigh. Animadv. III p. 375. V. 1 *ὧδε* Schweigh. et alii. Libri *ὅδε*. V. 2 *ῥαδίως* Censor editionis Schweighaeuseri (quae censura legitur in diariis Jenensibus A. 1806. Vol. IV p. 129–156, ut in praefatione monet Dindorfius) et Fiorillo Observ. in Athen. p. 18 (apud Schweigh. Animadv. VIII p. 433). *ῥαδεινῶς A. ῥαδινῶς P* Ald. Cas. *ῥαδινῶς* Schweigh. *λάψῃ P. λάψητο* Fiorillo. *καίτοι νῦν* Censor Jen. *καὶ τοίνυν* vulg. *καὶ θοινῆν γα θὴν* Grysar p. 198. *γαθη-*

γενωνον *A*. γαθηνεύωνον *P*. γα θ' ηνεύωνον Ald. καθ' ἡνεύωνον Cas. γα θὴν εὐοινον Censor Jen. καθὼς εὔωνον Fiorillo. V. 3 ἀείσιτον correxit Censor Jen. pro vulg. ἀεὶ σῖτον. V. 4 πίνει τὸν *P* Cas. πίνειτον Ald. βίκον Adamus correxit, recepit Schweigh. contra omnium librorum auctoritatem. Vulg. tenuit Dindorfius, dicens: »βίκον qui prima syllaba correpta »dixerit non novi."

Corrigendis sequentibus Epicharmi versibus post Casaubonum operam dederunt Grotius in Excerptis p. 471 sq. Petitus Misc. VI. 3 et Heringa Observ. Crit. Cap. 32. V. 1 συνδειπνέω correxit Cas. συνδειπνέων *ABP* Ald. δ' εἰ *P* pro δεῖ. V. 2 γαμηλιῶντι τῷ γακωνδενδεν *AP* Ald. γαμηλιῶντι τῶ γα κωνδεν δεν *B*. γαμηλιῶντι τῷ γα κ' οὐδὲν δεῖ Cas. In τῷ γαμηλιῶντι acquievere Grotius et Heringa, recepit Schweigh. cui tamen valde placet Petiti emendatio καὶ τῷ γα μὴ λῶντι, si μηδὲ scribatur pro μή. Dindorfius: »In »λιῶντι, quod λεῶντι potius scribendum, deprehendimns exemplum formae trisyllabae, quae longe rarissima est. Hesychius, Λεῶμι (codex λέω»μι): Θέλοιμι." κ' οὐδὲν δεῖ etiam Grotius et Petitus. κοὐδὲ δεῖ Heringa, probante Schweighaeusero. V. 3 τηνεὶ δὲ Schweigh. τηνίδε *AP*. τήνιδε *B*. τηνικάδε Ald. et Cas. V. 4 ἱστιῶντ' *P*. V. 5 καὶ κά τις ἀντίον Casaubonus. καὶ κατισάντιον *P* Ald. et Cas. τι λῇ Grotius, inserto τι, quod aberat. λῇ τήνῳ Casaubonus. λητήνω Ald. et Casauboniana. λητίνω *P*. Pro λέγειν *P* dat λέγει. Casaubonus et Heringa λέγεν malunt. V. 6 κἀπωνηχθόμαν *BP*. quid sit ignoro. κάπω

νηχθόμαν A. κάπω νηχθόμεν Ald. et Cas. *καὶ ποτέχθομαι* Casaubonus, quod receperunt Grotius et Schweigh. *κἀγὼν ἔχθιμον* Heringa. *καὶ τήνῳ ῎χθομαι* Grysar p. 263. V. 7 *κῆκειτα* Cas. *κήπτει τὰ BP. πίπτει τὰ* Ald. V. 8 *μου B.* V. 9 *ἕρπω δ' ὀλισθάζων* Casaubonus. *ἕρπω δ' ὀλισθράζων* (*ὀλ* - Ald.) Ald. et Cas. *ἑρπώδολις θράζων B. ἕρπω δολισθράζων P. ὀλισθανέων* Grotius. *κατάσκότος B. κατὰ σκότος* primum habuit *P.* V. 10 *ἔραμος* Casaubonus. *ἔρμος A. ἔρμος BP. ἔραιον* Ald. *ἔραιον* Cas. Pro *αἴ κα δ' ἐντύχω*, quod dedi, *εκκαδεν τύχω A. ἐκκαδεντύχω P. ἐκκαδ' ἐντύχω B.* V. 11 *τουτοῖον B. του τοιὸν P.* Corruptum versum pronuntiat Dindorfius. *τούτοις ἀγαθὸν λέγω τι τοῖς θεοῖς* Grotius. *τούτοις ἀγαθοὺς ἐπιλέγω τοὺς θεοὺς* Heringa. *τούτοις ἀγαθὸν ἐπιλέγω τοῖς θεοῖς* edidit Schweigh. V. 12 *παῖεν* Casaubonus et Grotius. *οὐ λῶν τι πταίω* Heringa. Elmslejus ad Aristophanis Acharn. 842: »Hesychius: *παίει· τύπτει, πλήττει, κρούει, δέρει ἢ* »*ἐσθίει.* Postremo sensu latet hoc verbum in Epi»charmi fragmento apud Athen. p. 236 a. *οὐ λῶντι* »*παίων, ἀλλὰ μαστιγῶντι με.*" *μαστιγῶντί* Casaubonus. *μαστιγῶν τι* Ald. Cas. et Schweigh. *μαστιγοῦν τί με* Grotius. *μαστιγοῦντι με* Heringa. V. 13 *ἐπεὶ δέ χ' ἥκω* Schweigh. *ἐπιδεχεικω A* et Ald. *ἐπιδεχεικο* Cas. *μαστίγων τί μεπιδεχείκω P. ἐπεὶ δέ γ' ἧκον* Grotius. *ἐπεὶ δ' ἵκανον* Toupius ad Theocr. p. 406. Pro *οἴκαδις P* Ald. et Cas. *οἴκαδ' εἰς*, quod in *οἴκαδες* mutabat Heringa Observ. Crit. 32 p. 300, probantibus Koenio ad Gregorium p. 231 ed. Schaef. Toupio l. l. et Schweighaeusero. *οἴκαδις* autem, mo-

nente Dindorfio, digamma habet. *καταφθαρείς* correxit Heringa. *καταφθερεῖς* Ald. et Cas. *καταφερεῖς* *P*. *οἴκαδ', εἰς τὰς διφθέρας* Casaubonus, quod recepit Grotius. V. 14 *ἄστρωτος* *A*. Conf. Koen. ad Greg. l. l. *ἄτρωτος* *P* Ald. Cas. Grotius et Heringa. *πρῶτα* pro *πρῶτ'* *ABP*. *τρῶτ'* Heringa. Casaubonus: » *Κοεῖν*, » Dorice, pro *αἰσθάνεσθαι* et *νοεῖν*." V. 15 *ἆς κα μ'* Toupius l. l. Legebatur *ἂς καμὼν*. Casaubonus *ὄκκα μεν* corrigebat. *ἕως κά μοι* Grotius, qui voc. *οἶνος* expunxit, tamquam ex interpretamento ortum. *ὄκα μῶν* Heringa. *ἆς κα μεῦ* Koenius ad Greg. p. 188, quem vide et Schaeferum p. 189. *ἆς κά μοι* Schweigh. Hesychius: *Ἆς*, *ἕως*, *ὅπως*, *μέχρις οὗ*. Duorum postremorum versuum praeterea hanc emendationem proposuit Heringa:

Ἄτρυτος εὕδω, καὶ τὰ μὲν πρῶτ' οὐ κοῶ
Κάμὼν, ἄκρατος δ' οἶνος ἀμφέπει φρένας.

II.

Athenaeus IV p. 139 b. e Polemone *περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι κανάθρου.* — *τὸ δὲ αἶκλον ὑπὸ μὲν τῶν ἄλλων Δωριέων καλεῖται δεῖπνον. Ἐπίχαρμος γοῦν ἐν Ἐλπίδι φησίν· Ἐκάλεσε γάρ τύ τις ἐπ' αἶκλον ἑκὼν, τὺ δὲ ἑκὼν ᾤχεο τρέχων. τὰ αὐτὰ εἴρηκε καὶ ἐν Περιάλλῳ.* De Polemonis verbis fortasse turbatis vid. Schweigh. Animadv. II p. 452 seqq. Epicharmi verba omittit *C*. *γάρ τυ* Casaubonus correxit, quod cum Schweigh. et Dind. recepi. *γάρ τοι* libri. *ᾤχεο* *P* et Casaubonus. *ᾤχετο* Ald. et Cas. Ceterum, quod h. l. factum videmus, ut, altera tituli particula omissa, altera tantummodo adducatur, ejus rei in sequentibus plura occurrunt exempla. Vid. *Ἑορτὰ καὶ Νᾶσοι*.

Κωμασταὶ ἢ Ἅφαιστος, Πύῤῥα καὶ Προμαθεύς etc. Conf. *Περίαλλ.* II.

III.

Pollux X. 161. *Καλιὰ δὲ καὶ καλιὸς — ἤδη δὲ καὶ τὸν πρὸς οἰκήσεις ἐπιτήδειον (οἰκίσκον) οὕτω λέγουσιν, ὡς ἐν Ἐλπίδι Ἐπιχάρμου εἴρηται· Τὸν τοῦ γείτονος καλιόν.*

IV.

Lexicon in Montefalconii Bibl. Coisl. p. 483. *Λίτρα: ἦν μὲν καὶ νόμισμα Σικελικόν· ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ σταθμοῦ, Ἐπίχαρμος Ἐλπίδι ἢ Πλούτῳ.* Conf. Bekkeri Anecd. I p. 105, 33, Bachmanni Anecd. I p. 291, 13, Photii Lex. p. 166 ed. Hermann. Eustathii verba ad *Ἁρπαγ.* I, Pierson. ad Moerin p. 350.

ΕΟΡΤΑ ΚΑΙ ΝΑΣΟΙ.

Schol. Pind. Pyth. I. 98. *ὅτι δὲ Ἀναξίλαος Λοκροὺς ἠθέλησεν ἄρδην ἀπολέσαι, καὶ ἐκωλύθη πρὸς Ἱέρωνος, ἱστορεῖ καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Νάσοις.* Nihil amplius de hujus fabulae argumento a veteribus traditum reperi.

I.

Athenaeus IV p. 160 d. — *κόγχος παρὰ προτέρῳ (τοῦ Τίμωνος) μνήμης τετύχηκεν Ἐπιχάρμῳ ἐν τᾷ Ἑορτᾷ καὶ Νάσοις Ἀντιφάνει τε κ. τ. λ. τῇ ἑορτῇ B.* In *A* super *Ἑορτᾷ* et *Νάσοις* scriptum *η*. Si Athenaeus h. l. duo diversa dramata indicare voluisset, scripsisset, credo, *ἐν Νάσοις*, cujus lectionis nullum exstat vestigium, neque in Codd. MSS. neque in libris editis.

II.

Pollux X. 62. *καὶ ξυστίδας δ' αὐτὰς (τὰς στελγίδας) ἄν τις εἴποι· ἔντε γὰρ ταῖς Ἐπιχάρμου Νήσοις εὕρηται τοὔνομα, κ. τ. λ*

ΕΠΙΝΙΚΙΟΣ.

Hephaestio Enchir. p. 44 ed. Gaisford. tradit, versu anapaestico tetrametro catalectico jam ante Aristophanem usum esse Cratinum et ante Cratinum Epicharmum, *ὃς καὶ ὅλα δύο δράματα τούτῳ τῷ μέτρῳ γέγραφε, τούς τε Χορεύοντας, καὶ τὸν Ἐπινίκιον.* Conf. Schol. Aristoph. ad Plut. 487 p. 140 ed. Hemst.

ΗΒΑΣ ΓΑΜΟΣ.

Ἥβας (vel *Ἅβας* Hemsterh. ad Aristoph. Plutum p. 352) *γάμος* nobilissimum fuit Epicharmi drama, de quo accurate disputat Grysar de Dor. Com. p. 196 seq. 242 seqq. et 281 seqq. Summa argumenti haec videtur. Hercules quum post rogum exstinctum a Jove, invita Junone, in coelum esset receptus ibique vitam ageret jucundissimam, mox amore captus Heben in matrimonium sibi petebat. Juno, quum diu fuisset implacabilis, tandem odio deposito reconciliata est cum eo; quo facto nuptiae celebrantur in earumque honorem convivium apparatur lautissimum. Atque ex harum epularum descriptione, in qua insigni cum studio versatus est Epicharmus, desumta fere sunt fragmenta, quae supersunt, quippe quae nihil fere conti-

neant, nisi concharum, piscium, panum aliarumque escarum nomina. Induxit poëta in hoc drama Musas septem, Pieri et Pimpleïdis filias, de quibus ita Tzetzes ad Hesiodi Opp. et Dies v. 1. *Ἐπίχαρμος δὲ ἐν τῷ τῆς Ἥβης γάμῳ, ἑπτὰ (Μούσας) λέγει, θυγατέρας Πιέρου καὶ Πιμπληΐδος νύμφης· Νειλοῦν, Τριτώνην, Ἀσωποῦν, Ἑπταπόλην, Ἀχελωΐδα, Τιπόπλουν, καὶ Ῥοδίαν.* Conf. Villoisoni Anecd. T. I p. 294. Has rei piscatoriae operam dedisse atque in fluminibus piscosis versatas esse suspicatur Hermannus in prol. de Musis fluvial. Epicharmi et Eumeli p. 10. Conf. Grysar p. 243. Videntur igitur hae etiam, quemadmodum ceteri dii convivium illud suo quisque modo ornare et amplificare studebant, attulisse pisces; idque egregie convenit cum Aeliani testimonio, tradentis (de Nat. Anim. XIII. 4.) plurima piscium genera fuisse memorata in Epicharmi *Ἥβας γάμῳ* (ita enim cum Hemsterhusio ad Aristophanis Plutum p. 325 legendum pro *Ἥρας γάμῳ*). Nova et emendata Hebes Nuptiarum editio (*διασκευή*) a Musis nomen accepit; ita enim Athenaeus III p. 110 b. *Ἐπίχαρμος ἐν Ἥβας γάμῳ κἂν Μούσαις - τοῦτο δὲ τὸ δρᾶμα διασκευή ἐστι τοῦ προκειμένου - κ. τ. λ.* Musarum idcirco reliquias huic fabulae proxime subjeci.

I.

Athenaeus III p. 85 c. *Ἑξῆς δὲ τοῖς προειρημένοις κατ᾽ ἰδίαν ἐπεισενεχθέντων ἡμῖν πολλῶν ὀστρέων καὶ τῶν ἄλλων ὀστρακοδέρμων σχεδὸν τὰ πλεῖστα αὐτῶν μνήμης ἠξιωμένα παρ᾽ Ἐπιχάρμῳ ἐν Ἥβας γάμῳ εὑρίσκω διὰ τούτων·*

Ἄγει δὲ παντοδαπὰ κογχύλια,
Λεπάδας ἀσπέτους, κραβύζους, κηκιβάλους, τηθυνάκια,
Βαλάνους, πορφύρας, ὄστρεια συμμεμυκότα,
Τὰ διελῆν μὲν ἐντὶ χαλεπά, καταφαγῆν δ' εὐμαρέα·
Μύας, ἀναρίτας τε κάρυκάς τε καὶ σκιφύδρια,
Τὰ γλυκέα μὲν ἔντ' ἐπέσθειν, ἐμπαγῆμεν δ' ὀξέα,
Τούς τε μακρογογγύλους σωλῆνας· ἁ μέλαινά τε
Κόγχος, ἅπερ κογχοθήραν πᾶσιν ἐς τρισώνια·
Θάτεραι δὲ ταὶ κόγχοι τε αἱ ἀμαθίτιδές τε
Κακοδόκιμοί τε κἤγονοι, τὰς ἀνδροφυκτίδας
Πάντες ἄνθρωποι καλέονθ', ἁμὲς δὲ λεύκας τοὶ θεοί.

Pro *Ἥβας*, quod restituit Dindorfius, scribebatur *Ἥβης*. Vide, quae dixi ad *Γ. καὶ Θάλ. II.* Versu I *ἄγει ABP* et Dind. *ἀγε* Ald. Cas. et Schweigh. V. 2 *ἀσπέτους B* et Casauboniani, unde receptum a Dindorfio. *ἀσπέδους P* Ald. Cas. Schweigh. *κραβύζους ABP* et Casauboniani, pro quo Ald. et Cas. *στραβήλους* scribunt. *κεκιβάλους B*. V. 3 *πορφύρας* correxit Schweigh. pro vulg. *πορφυρᾶς*. Cod. *P πορφυράς* legit. Deinde libri omnes h. l. *ὄστρεα συμμεμυκοτα:* Dindorfius autem *ὄστρεια* edidit ex p. 92 f. Ibi scilicet ex hac eadem Epicharmi fabula afferuntur verba *ὄστρεια συμπεφυκότα*, doceturque, antiquiores *ὄστρειον* pro *ὄστρεον* scripsisse. Habemus itaque, si librorum scripturam sequimur, duos in eadem fabula versus, quorum alter desinit in *ὄστρεα συμμεμυκότα*, alter in *ὄστρεια συμπεφυκότα*. Quos Epicharmum scripsisse haud credibile est. Arbitror igitur, poëtam dedisse *ὄστρεια συμμεμυκότα* atque pro ea, qua in syllabarum mensura usus est, licentia corripuisse penultimam in *ὄστρεια*. Voces

συμμεμυκότα et *συμπεφυκότα* quam facile ab ipso Athenaeo vel a librariis confundi potuerint, quivis intelligit. Denique, ut versui constet metrum, ita scripserim:

Βαλάνους, πορφύρας, στραβήλους, ὄστρεια συμμεμυκότα. Cum Viro quodam Docto inserui *στραβήλους*, quod in versu secundo ab editore Aldinae pro *κραβύζους* substitutum erat, idque fortasse ex hoc versu desumtum. Vid. Schweigh. Animadv. VIII p. 411. Grysar p. 197 duos hos versus ita scribit:

Λεπάδας, ἀσπέδους, κραβύζους, βαλάνους καὶ κηκιβάλους
Τηθυνάκια, πορφύρας, ὀστρεῖα συμμεμυκότα.

V. 4 Doricas formas cum Schweighaeusero restitui, auctore Valckenario ad Theocriti Adon. p. 223. Vulgatas *διελεῖν μέν ἐστι* - *καταφαγεῖν* servavit Dindorfius. V. 5 *ἀναρίτας* edd. Basil. Cas. Schweigh. et Dind. *ἀναρίπτας* *AP* et Ald. *ἀναρριπτας* *B*. *κάρυκάς τε* *P* et Dind. *καρύκας* ceteri itemque Valck. l. l. V. 6 *ἐπέσθειν* *P* Cas. Valck. et Dind. *ἐπίσθειν* Ald. *ἐπέσθην* dedit Schweigh. quem vide. *ἐμπαγῆμεν* Valck. Schweigh. et Dind. *ἐνπαγῆμεν* *A*. *ἐν πάγῃ μὲν* *B*. *ἐν πάγει μὲν* *P* Ald. et Cas. *ἐμπαγέμεν* volebat Casaubonus. V. 7 *μακρογογγύλους* *ABP* Schweigh. et Dind. *μακρογογγύλλους* Ald. et Cas. *μακροκογχύλους* Gesnerus apud Casaubonum. Pro vulg. *ἤ* in Cod. *A* repertnm *ἅ*, cui *ἤ* superscriptum. *ἅ* inde dederunt Schweigh. et Dind. V. 8 sine meliorum librorum ope sanari non posse videtur. *κογχόθηραν* *ABP*. *κογχόθηρα* Ald. Cas. »Scripta manu lectio nihilo melior, *ἅπερ κογχόθηραν πᾶσιν* »*ἐς τρισῶκα*." Casaubonus. *τρισάνια* *P*. Schweighaeuserus conjecit aliquando *τρισώριος*, quod idem va-

leret ac *πολυωρητικός*, *multam curam gerens*, *diligenter observans*.. Villebrunius apud eundem *ἐστὶν ὤρια*, statuens *τὰ ὤρια* dici posse de *alimentis* vel *cibariis*. Schneiderus ad Aristot. H. A. vol. IV p. 376 (a Dindorfio laudatus ad h. l.) *ἅπερ κογχοθήραις πᾶσιν ἐστὶν ὠρία*. Grysar p. 197 *ἅπερ κογχοθήρα πάσίς ἐστιν ὡρία*. V. 9 *θάτερα B*. *δὲ ταὶ* correxit Schweigh. recepit Dind. *δέ τ' αἱ P* Ald. et Cas. *κόγχοι τε αἱ ABP* et Dind. *κογχοι αἱ* Ald. et Cas. *κόγχοι τε*, *ταί τε ἀμαθίτιδες* Schweigh. V. 10 *ταὶ κακοδόκιμοι* Schweigh. *κακοδόκιμος B*. *κήγονοι* emendavit Casaubonus, recepit Dind. *κήγονοι* Schweigh. *κηυγόνοι* libri. Pro *κακοδόκιμοι* Casaubonus *κἀδόκιμοι* proposuit. Dalecampius, notante Schweighaeusero, videtur *καὶ εὐδόκιμοι* vel *κηὐδόκιμοι* legisse, ad quam sententiam accedit Valckenarius. Verborum depravatorum sententia haec fuisse videtur Schneidero l. l. »conchae albae, inquit, in arenosis »nasci dicuntur, veneri contrariae; sed epularum et »deorum adeo delicias simul dici eas suspicor." Dedit haec Schneideri verba Dindorfius ad h. l. V. 11 *καλέονθ'* Dindorfius. *καλέοντι* libri, *ἁμὲς BD* Brunckius ap. Schw. ipse Schweigh. et Dind. *ἀμὲς P*. *ἄμμες* Ald. Cas. et Valck. l. l. *Λευκὰς* Valck.

II.

Athenaeus VII p. 320 c. *Σπάρος. τοῦτον Ἱκέσιος εὐχυλότερον μὲν εἶναι μαινίδος, καὶ ἄλλων δὲ πλειόνων τροφιμώτερον. Ἐπίχαρμος δ' ἐν Ἥβας γάμῳ·*

Αὐτὸς ὁ Ποτιδὰν ἄγων γαύλοισιν ἐν Φοινικικοῖς
Ἦκε καλλίστας σαγήνας χαλκιόμεν σπάρους
Καὶ σκάρους. τῶν οὐδὲ τὸ σκῶρ θεμιτὸν ἐκβαλεῖν θεοῖς.

Repetuntur Epicharmi verba p. 319 f et ab Eustathio ad Odyss. M p. 1720, inde ab ἁλιεύομεν usque ad finem fragmenti. V. 1 Αὐτὸς ὁ Ποτιδὰν (Ποτειδὰν Schaeferi editio) ἄγων Koenius ad Gregor. p. 209 (93 ed. Lugd. Bat.), quod recepi cum Schweigh. et Dind. αὐτὸς ὁ ποτιδαναίων libri. γαύλοισιν Schweigh. et Dind. γαυλοῖσιν Koenius. γαυλοῖς P Ald. et Cas. γλαυκοῖς B. V. 2 ἦκε Valckenarius ad Phoen. p. 65, Koenius, Schweigh. et Dind. εἰκαὶ P Ald. et Cas. καλλίστας Schweigh. et Dind. καλλίστους A. κάλλιστος Ald. et Cas. σαγήνας Schweigh. et Dind. ἄδητα (αδητα P) τήγανος P Ald. et Cas. χἀλιεύομεν Schweigh. et Dind. ἁλιεύομεν p. 319 f. ἀγεμὼν P Ald. et Cas. ἀγεμὼν cum η superscripto literae α dedit A. Totos hos duos versus ita scribebat Valckenarius l. l.

Αὐτὸς ὃν Ποτειδὰν ἆγε, γαῦλος ἦς Φοινίκικος·
Ἧκε κάλλιστον τάγηνον, τηγανιζέμεν σπάρους.

V. 3 σκῶρ AP et p. 319 AC. σκὼρ p. 319 P. et utroque loco Ald. et Cas. θεοί Eustathius, quod haud contemnendum ad p. 319 judicat Casaubonus, ut θεοί sit exclamationis vox. Alia prorsus de hoc fragmento commentus est S. Petitus Miscell. VI. 7.

III.

Athenaeus p. 398 d. — Ἐπίχαρμος ἐν Ἥβας γάμῳ·

. . . . λαμβάνοντι γὰρ
Ὄρτυγας, στρουθούς τε, κορυδάλλας τε φοινικείμονας,
Τέτραγάς τε σπερματολόγους κἀγλαὰς συκαλλίδας.

V. 1 λαμβάνοντι ABP. λαμβάνοντα Ald. et Cas. V. 2 καὶ, quod post στρουθούς τε erat insertum, delevit Porsonus Advers. p. 113. κορυδάλλας AB. κορυδάλας DP

Ald. Cas. *φοινικείμονας* ex Porsoni emendatione recepi cum Dindorfio. *φοινικοείμονας* Casaubonus. *φοινικονείμονας* Ald. et Cas. *φιλοκοντείμονας* *ABD*. *φιλονοκείμονας* *P*, qui in margine *φιλοκονείμονας*. V. 3 *τε σπερματολόγους* Porsonus pro vulg. *σπερματολόγους τε*. *κἀγλαὰς* Dind. *καὶ ἀγλαὰς* libri. *κἀγλαὰς* Schweigh. *συκαλλίδας* *C*. *συκαλίδας* *P* Ald. et Cas. Postrema duo verba repetit Athenaeus II p. 65 b, ibique diserte docet, gemina litera *λ* *συκαλλίδας* scripsisse Epicharmum, metri causâ. Conf. Eustath. ad Odyss. *Ω* p. 1964. Versum hujus simillimum habemus in Musis Fr. II.

IV.

Athenaeus III p. 91 c. — *καὶ Ἐπίχαρμος δὲ ἐν Ἥβας γάμῳ περὶ τῶν ἐχίνων φησί·*

Καρκίνοι θ' ἵκοντ' ἐχῖνοί θ', οἳ καθ' ἁλμυρὰν ἅλα
Νεῖν μὲν οὐκ ἴσαντι, πεζᾷ δ' ἐμπορεύονται μόνοι.

Ita cum Schweigh. et Dindorfio hos versus scribo. V. 1 *καρκίνοι* *AP*. *καρκῖνοι* *B*. *καρκῖνος* Ald. et Cas. *θ' ἵκοντ'* Valckenarius ad Phoen. p. 66, qui priora verba ita scribit: *Καρκῖνος θ' ἵκοντ', ἐχῖνος θ', οἳ κ. τ. λ.* Libri *θ' ἵκοντι* (*θίκοντι* *B*). Grotius in Excerptis p. 473 *Καρκίνος θ' ἵκει κ' ἐχῖνος, τοὶ* edidit. *θ' οἳ καθ'* Toupius etiam in Append. ad Theocr. p. 31. *τε τοὶ καθ'* Ald. et Gas. *τε καθ'* *P*. *πεζᾷ* Grotius, quod probatum Valckenario et Toupio. *πεζαὶ* libri.

V.

Athenaeus III p. 105 a. — *καὶ Ἐπίχαρμος δ' ἐν Ἥβας γάμῳ τὸν προειρημένον ἀστακὸν ὑπὸ τοῦ Ἀρχεστράτου δηλοῖ ὅτι κάραβός ἐστι λέγων οὕτως·*

Ἐντὶ δ' ἀστακοὶ κολύβδαιναί τε χὤς τὰ πόδι' ἔχει
Μικρά, τὰς χεῖρας δὲ μακράς, κάραβος δὲ τὤνυμα.

Ita Dindorfius hos versus edidit. V. 1 *τε, χ' ὅς τὰ ποδί' ἔχει* Porsonus apud Dind. *τ' ἐχοστα ποδι ἔχει A. τε χ' ὀστα ποδ ἔχει P. τε τὰ ποδί' (ποδὶ C) ἔχουσαι BC. τ' ἐχόσαι ποδία* Ald. *τ' ἔχουσαι ποδία* Cas. *τ', ἔχοισαι τὰ πόδια* Schweigh. V. 2 *κάραβοί τε τὤνομα* scriptum volebat Casaubonus. Eustathius ad Iliad. *Υ* p. 1196. *οὕτω δὲ καὶ ἐκ τοῦ ποδὸς ποδίον, οἷον, ἀστακοί, τὰ ποδία ἔχουσι μικρά, τὰς χεῖρας δὲ μακράς· διὸ καὶ μακρόχειρες λέγονται, καὶ γαμψώνυχες δὲ κατὰ Ἐπίχαρμον.* Cf. *Γᾶ καὶ Θάλ.* IV.

VI.

Athenaeus VII p. 308 e. — *ἐν δὲ Ἥβας γάμῳ καὶ τῶν αἰολιῶν μνημονεύει ὡς διαφόρων (τῶν κορακίνων)·*

. . . μύες ἀλφησταί τε κορακῖνοί τε κοριοειδέες,
Αἰολίαι πλῶτές τε κυνόγλωσσοί τε.

qui posterior versus supplendus ex p. 288 b et 322 f, ubi legitur:

Αἰολίαι πλῶτές τε κυνόγλωσσοί τ', ἐνῆν δὲ σκιαθίδες.

In scribendis his versibus secutus sum Schweigh. et Dind. Prior versus p. 282 a repetitur; et videtur simillimus etiam exstitisse in Musis. Vid. p. 304 e et Mus. III. »Syllabae defectum supplevit Schweigh. po»sito *Ἧς μύες*: poterat pari jure *Καὶ μύες.*" Dind. *μῦς* p. 308 Ald. et Cas. (*μυσαλφησταί P.*) *κοριοειδέες* p. 282 *AB*. *κοροειδέες* p. 308 *ABCP* et Ald. *κηριοειδέες* p. 282 P. Ald. et Cas. p. 308 Basil. et Cas. *κορακοειδεῖς* legebatur p. 304. Conf. Schweigh. Animadv. IV p. 82 et Mus. III.

Alter versus legebatur etiam in Musis. Vid. p. 307

b, Mus V, non tamen eidem, cui in hac fabulae editione, subjectus: vide ad Mus. III. *αἰολίαι* p. 288 *AB*. *αἰόλιαι* ibid. *P*. *αἰλίαι* ibid. Ald. et Cas. *τε* post *πλῶτες* p. 307 omittunt *P* Ald. et Cas. *ἐνῆν δὲ καὶ* p. 288 *P* Ald. et Cas. p. 322 Cas. pro quo ibid. *ἐνηλιάδες* *ABP*. Verbo *σκιαθίδες* in *C* superscriptum *σκιαινίδες*, quod, monente Dindorfio, ex epitome Hoeschelii memorat Casaubonus. Conf. Schweigh. Animadv. IV p. 417.

VII.

Athenaeus VII p. 282 a. *Ἀνθίας, κάλλιχθυς. τούτου μέμνηται Ἐπίχαρμος ἐν Ἥβας γάμῳ·*

Καὶ σκιφίας χρόμιός θ', ὃς ἐν τῷ ἦρι καττὸν Ἀνάνιον
Ἰχθύων πάντων ἄριστος, ἀνθίας δὲ χείματι.

